

exclamo tantum letitia inveni perfusus, sed simul
 affectum excutio, atq; opto: Dul vos, Illustrissimi Ordines,
 felicitate avari, aeternaq; laude florentem virtutis vestrae
 et incolentes et leti laugeatis. Servet vos DEUS
 Patria! Servet vos Principi! vestro servet vos Ordini!
 Servet et vos, Domini, Dominus nobis, faveatq; ita vobis!
 et Ecclesia sub curis vestris ac vigiliis
 floreat, vigeat, quiescat. Dixi.
 Sigisfrundus Kästner.

GRATULATIO
 SPECIALIS
 XIII.

ad
 GÖRLICENSES CIVES,
 de
 gratissima Pacis umbra, sub qua quiesce
 ac illos tenus huc clementer per
 misit DEUS.

+ ego gente Hungarus, si vel Tulliana eloquentia flumen;
 vel Pliniana Svada acumen; aut, ex Poetarum voto, Nestoreum Ulys-
 sumie orationis genus mihi contingeret, meam meorumq; concivium, qui
 in huiusmodi, quas vocant, artibus in Augusto hoc Gymnasio mecum
 congloriant, letitiam, qua clementissimus huius Universi Moderator Germa-
 nia cumularit, in communi hoc mortali gaudio, exprimere ver-
 ba allaborarem. Nunc vero, quum in solemnibus verbis me, qui indi-
 cando plane rudis sum, atq; ab aliis rebus cognitione dignissimis te-
 niter instructus, supersedere oporteat; non quidem in Harpocratem Pha-
 ras me, ut cum Poetis loquar, in Hilaribus hinc et gratulationum Sole-
 mibus vertam; sed xaddivapum potius gratulabor. Gratulor ergo tibi, Gor-
 lici: gratulor vobis, Patres Amplissimi: gratulor vobis Ecclesia archie-
 piscopi vigilantisissimi: gratulor vobis, Cives Spectatissimi: vobis, Me-
 moratissimi Maximi: quotquot sacra haec Musarum Charitumq; ades in
 gratia ambit, gratulor: quod vos benignissimus DEUS sub dulcissima
 umbra non solum tam diu quiescere voluerit, sed et eandem vobis
 assertam velit. Et quidni vobis beneficium hoc coeleste gratuler?
 Ego cum amicis, quos arctissima veluti colligatione natale solum